



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

L. Gvndericvs. XXIV. Arch.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](#)

ni exceptione major testis parvulus nupèr natus exclamavit: *Pater meus est Rusticus, mater mea est Flavia.* Hoc convictus & attonitus teste Archipræsul, Goarem iñocentissimum, se verò maximè reum confessus, pœnitentiam adversùs scelera remedium optatissimum in primis & postremis habuit curis; relicto namque publico honore ac munere, in eremum abiit obiitque miraculis illustratus. Sed sit annis 9. usque ad annum 573.

### XLIX. D. MAGNERICVS. XXIII. ARCH.

**D.** Goare Trevirensem Infulam non admittente, in Archipræsulem electus est Magnericus, factis egregiis insignis: is namque Theodorum Massiliae Episcopum Trevisos captivum perductum singulari charitate exceptit, bisque restituì Sedi suæ curavit, virtute fretus orationis, quam in D. Maximini æde pro Theodori incolumente, dæmone frustra obnidente, peragere est solitus. Alias cum D. Gregorio Turonensi trajecturus Rhenum infra Confluentiam, ubi cum Rege Hildeberto de restitutione Theodori actum, periclitatus naufragio, Reliquiarum S. Martini ope periculum evasit. Recreatus hoc beneficio ædem D. Martini ad Mosellam à Tetradio quondam Senatore excitatum, novo instauravit opere, addiditque pro majori cultu monasterium D. Benedicti Religiosis filiis incolendum. Ædem alteram D. Martino sacram in monte Martio, & tertiam Cardonæ ædificavit. Archidioceſin suam ipse visitando lustravit & emendavit, Cleri moribus ubique instauratis, exemplis maximè & verbis potens, laudibus in vita & morte eximiis ornatus. Diem suum obiit post Sedis an. 22. an. 596.

### L. GVNDERICVS. XXIV. ARCH.

**G** Undericus D. Magnerico in Sede jussus succedere, dictus est asymbolus, quod re nulla singulari posteris innotuerit. Annis 5. sedit & seculum VI. obitu suo clausit.

M 3

SE-